Sed nec adhuc filius ꝓdigus deſi
ſat longius ire atqȝ ampliꝰ ꝑire
Nam quo plus it eo amplius perit q̃
a deo auerſus recedit · Quid plura ·
Omnibus conſumptis cū meretricibꝰ
venit in regionez diſſimilitudinis vbi
ſe ſubiecit vni ciuiū regionis illius et
hic eū poſuit vt porcos eius paſceret·
id ē breuiter per peccatū mortale ſe
diabolo ſubdidit et in omnibus moti
bus cōcupiſcenciaꝝ et deſiderioꝝ ſatiſ
fecit Ecce homo quo nunc deueniſti in
regionem diſſimilitudinis nō apparet
veſtigium virtutis · ‖ Hee ſunt tres
deſcenſiones quibus a ſtatu rectitudi
nis in regionem diſſimilitudinis lon
giſſime deſcendiſti ·

De tribus examinationibus et qua
liter homo ꝑ memoriam peccatōrum
recuperat ſenſum maxime vt ſenciat
vltimū deſcēnſum ſcilicet ꝑ peccatum

mortale. Capl'. vi.

Poſtquã deſcẽſus tuos vidiſti
congruum eſſet aſcenſiones
diſponere. ſed quoniã pecca
tum frequenter comitatur cecitas et
inſenſibilitas vt qui peccato p̄mitur
non tamen ſe ſenciat peccatorem ſed
fit ſtupidus et naſcitur ei frons mere
tricis et duricia cordis vt nec deũ iam
timeat nec homines vereatur. Igitur
antequã aſcẽdas ſtudioſe teipſum de
bes diſcutere et omnibus modis qui
bus poſſis niti vt ſenſum recipes quo
deſcenſum agnoſcas et peccata tua
deplores. Igitur vt noueris quãtum
per vltimum deſcenſum videlicet per
peccatum actuale mortale grauiter
ſis ꝓlapſus. et de loco in quo fueras
cũ habẽs naturã integrã et nõ viciatã
poſitus diſceſſiſti debes teipm̃ diligen
ter diſcutere et diſtricte examinare.

vt tandem oculos aperias et videre
poſſis quo iaces ꝓlapſus · // Diſtricte
igitur et ſi non ſemper ſepe tamen te
ipſum iudica formans in te primo et
ꝑtractans quantū deo vnumquodqꝫ
peccatum diſpliceat quantumqꝫ hor
reat et deteſtetur · Vt autem hoc me
lius ſentire valeas diligenter rumina
et donec ex affectu ſentias ſtudioſe ꝑ
tracta ꝙ adeo diſplicuit deo ſuperbia
vt nobiliſſime quondaꝫ creature ſue
non pœret ſed luciferum de celo proie
cit · Cogita an tibi parcet q̄ia forſi
tan melior aut nobilior es · Cogita ꝙ
adam propter inobedientiam expulit
de paradiſo et totum genus humanū
originali iuſticia ſpoliauit · Propter
luxuriam ſubuertit zodomam et go
morram · et in diluuio pene totum
mūdum ſubmerſit et plura talia his
ſimilia recitat tibi diuina ſcriptura ·:

Cogita ꝙ tantū deo peccatum diſpli
cuit ꝙ pocius ipſe voluit moriens ſatiſ
facere pro peccato ade q̄ ipſum ſcd̄m
ſuam iuſticiam dimittere impunitum
Si autem adeo duri cordis es vt ex
hoc adhuc nō expaueſcas lapſum tuū
ſic forma meditationem tuā ſtudioſe
ꝑtractans ꝙ diuina iuſticia aliter iu
dicare nō poteſt q̄ opera tua merent᷑
Eſt enī deus intelligibilis quedā equi
tas incōuertibilis atqꝫ indeclinabilis
nō minꝰ pena maloꝝ q̄ gloria bonoꝝ
Certus igitur eſto ꝙ reddet tibi ſcd̄m
opera tua nec relinquet aliquod ma
lum in te impunitū. Si igit᷑ hoc modo
intus r̄uolueris nō credo quin timore
concuteris horrore obſtupeſcis. Tunc
igitur tercio veniat memoria et in me
dium ꝓducat omnia peccata tua p̄te
rita grauia maxime qꝫ maxima. Cogi
ta q̄ multa peccata cōmiſiſti. Pene

enim omni die omni hora antē cōuer
ſionem tuā grauiter deliquiſti · Quis
numerabit quot peccata cōmiſiſti cor
de ore et ope : Deinde pcurre ſingula
et vide q̄ grauia ſunt quibus deum
omnipotentem et terribilem iudicem
patremq; dulcem et benignum qui p
te tanta fecit ⁊ ſuſtinuit offendiſti et
quodāmodo iterꝝ crucifixiſti · Deinde
reuolue q̄ ſint quedam eorum turpia
maxime quantū ad carnalia. q̄ tamen
magis ſuccincte debes trāſcurrere ne
immūda ſubrepat delectatio īmorāti
// Quāuis eciam iam ad dominū ſis
cōuerſus nō tamen hanc vilipendas
memoriā peccatorꝝ ſed et tunc adde
vt eciam ſumma diligentia ptractes
peccata tua q̄ poſt cōuerſionem com
miſiſti · Cogita ſingula vicia quibus
adhuc ſordes · Cogita in ſingulari de
ſuperbia tua quanta eſt · quantum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõcupiſcis honorem. laudes deſideras
ad altum ſtatum aſpiras. Cogita q̄
tepide q̄ infructuoſe tot ānos ī diuino
ſeruicio expendiſti. vix ſcis inuenire
ꝑfectum. et in hijs peccatis q̄ poſt cõ
uerſionem cõmiſiſti forſitan grauius
puniet te deus tanq̄ magis ingratū.
Deinde cū hec ita in cogitatu tuo exa
minaueris diligenter ptracta q̄ mo
dicam ꝓ hijs omnibus feciſti ſatiſfacti
onem. quā modica fuit tua cõtritio.
quā parua opera in nullo ſatiſfactoria
ſciens certiſſime q̄ vel hic vel in futuro
oia reddes vſq̄ ad minimū quadran
tem Sed in futuro ſcdm Bernardū.
centuplum reddes qd hic ſimplo ſol
uere poſſes. Hec igitur et hijs ſimilia
cū peccator in cogitacõe reuoluerit.
et ſe timore perculſum et dolorē interno
ꝑfuſum ſenſerit tūc cor ſuū humilime
et dolore plenum immediate dirigat

ad deum ſuum orationem faciendo et
ipſius bonitatem et miſericordiã cum
ſummo deſiderio implorando · mutacõ
nem vite et emendationem morum
ꝓmittendo et ꝓmiſſionem dei adiuto
rio adimplendo · Hanc tamen formu
lam meditandi aut ſimilem ita debes
dirigere vt non incidas deſperationẽ
ſed inflammeris ad ſatiſfactionem et
emendacõnem vt ꝓmptus ad omnẽ
laborem et omniũ paſſionum toleran
tiam efficiaris ·

¶ De ſcđa examinatione qua homo
ſeipm̃ diſcutit de toto ſtatu ſuo interi
ori et exteriori et ꝑ quã venit ad hoc
vt ſenciat primũ deſcenſum et virium
anime deſtitucõnem · Capl̃ · vij ·

Ut autem primum lapſum et deſ
cenſum tuum ꝑ adam et virium
anime tue deſtitucõnem melius cog
noſcas , immo eciam vt generaliter